12

eſſet ſaluus· ut ſuper uacua eius eſſet incarnatio· Nunc aut̄
multi eum ex utroq· populo non credendo reſpuerunt·
multi credendo receperunt· De quibus euuangeliſta
conſequenter inſinuat dicens· Quotquot autem receperunt
eum dedit eis poteſtatem filios dī fieri his qui credunt in no
mine eius· Conſideremus frs̄ kāri quanta gratia redempto
ris nr̄i quam magna ſit multitudo dulcedinis eius· Unicus
ex patre natus eſt· noluit remanere unus· Deſcendit ad t̄ram
ubi fratres ſibi quibus regnum patris ſui dare poſſet adqui
reret. Ds̄ ex dō natus eſt· & noluit dī tantum filius manere·
hominis quoq· filius fieri dignatus eſt· non amittens qd̄ erat·
ſed aſſumens qd̄ non erat· ut ꝑ hoc homines in dī filios trans
ferret· gloriaeq· ſuae faceret coheredes· Qui quod ipse ſemꝑ
habuit ꝑ naturam· inciperent habere per gratiam·
Conſideremus quanta uirtus eſt fidei· cuius merito poteſtas
datur hominibus filios dī fieri· Unde bene ſcriptum eſt·
qui iuſtus ex fide uiuit· Uiuit enim iuſtus ex fide· non illa
quae labiorum tantum confeſſione profertur· ſed ea quae
ꝑ dilectionem operatur· Alioquin fides ſi non habet ope
ra· mortua eſt in ſemet ipſa· Nullus ſe ipſum diſpiciat·
nullus de ſua ſalute diſſperet. Curremus om̄s· curremus
ſinguli· ut qui eramus longe· mereamur fieri prope·
in ſanguine xp̄i· uideamus qd̄ dr̄· Quia in· Quotquot
receper̄ eum dedit eis poteſtatem filios dī fieri· Quotquot
inquid receper̄· Non eſt enim ꝑſonarum acceptor dſ̄· ſed
in omni gente qui timet eum & operatur iuſtitiam
acceptus eſt illi· Quo autem ordine credentes filii dī
poſſent fieri· & quantum haec generatio a carnali diſtet
ſſſ ſubſecutus euuangeliſta deſignat· Qui non ex ſangui
ag nibus &rt̄q· Quod ait ex ſanguinibus· non eſt latinum·
ſed quia grece poſitum eſt pluralit̄· maluit ille qui inter
pretabatur ſic ponere· & quaſi minus latine loqui ſecundū
grammaticos· & tamen explicare ueritatem ſecdm auditum
infirmorum· Si enim diceret ſanguinem· ſingulari nu
mero non explicaret qd̄ uolebat· Ex ſanguinibus ſtt
homines naſcuntur maris & feminae· Notandum quoq·
qd̄ carnem pro femina poſuit· quia de coſta cum facta eēt·

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 258, p. p.%2012 – Commentary on the Gospel of John by Alcuin of York (http://www.e-codices.ch/en/csg/0258/p.%2012)